

PALAESTRA LATINA

SUMMARIUM

- Compositiones vertendae.
De Porphyrio, ORTH.
Adnotationes stilisticae, BELTRANI.
Iliadis I, VÁZQUEZ.
Nova et Vetera, MIR
Compositio vertenda, SARMIENTO.
Relationes loci, TRISTANIUS.
Quaestiones - Epistolia soluta, MIR.
Bibliographia, TRISTANIUS, MAULEÓN,
PLANAS, MIR.
Exercitationes scholares, BALLARÍN, LATRE,
TOMAS, BRUSA, LANAU.
Curiosa et jocosa, SALA, MAULEÓN.
-

Ordinarii et Superiorum licentia

Compositiones vertendae

PLAUTO (continuación)

En realidad otros críticos, de no menor autoridad (63), ensalzaron extraordinariamente las obras de Plauto (64), precisamente en aquello mismo en que fueron más duramente censuradas por Horacio. Y en cuanto a los chistes (65) oigamos a un juez entendido en la materia (66), Cicerón, cuya autoridad no es menor que (la) de Horacio; el cual (Cicerón) en el libro primero de los Oficios (67), hablando de los chistes, dice (68): «Dos modos hay de chancearse, uno indigno y petulante, reprensivo, obsceno; el otro delicado, atento, agudo y gracioso; en este último género abunda no solo nuestro Plauto y la antigua comedia de los atenienses, sino aún los mismos filósofos socráticos». Con las cuales palabras Cicerón no negó, es verdad (69), que Plauto se abstuviese de chistes del primer género (70), pero consideró más bien qué cosas había en él dignas de ser alabadas, que (no) qué cosas hubiese que reprender; al contrario de lo que hizo Horacio (71).

NOTAS: 63. *neque ii minore auctoritate praediti.* — 64. *Plauti Comoediae.* — 65. *Ac de salibus quidem.* — 66. *(hujus generis acerrimus existimator* (CIC. *Brut.* 72. 252). — 67. *in primo de Officiis.* — 68. *inquit* (Inciso). — 69. *ille quidem.* — 70. *prius illud genus jocandi.* — 71. *quod contra fecit Horatius.*

63*. *aneque iin*: con él se refuerza el sustantivo: *et is, nec is: (animus hominis*

habet memoriam et eam infinitam rerum innumerabilium. Tusc. 1, 24, 57).

67*. La posición del relativo y su antecedente no siempre es de afinidad: *quo die Pansa in castris Hirtii erat futurus cum quo (Pansa) ego eram* (*Ad fam.* 10, 30, 1). Se puede omitir la palabra *liber.* (*legituum nuper quartum de Finibus* (*Tusc.* 5, 11, 32).

SUPERSTICIONES DE LOS GALOS

Los otros (pueblos galos) tienen unas estatuas (1) muy grandes (2), cuyas concavidades (3) revestidas (4) de mimbres, las llenan de hombres vivos; y poniéndoles (después) fuego (5), envueltos en llamas (6) se van consumiendo (7) los cuerpos (8). Los sacrificios (9) de los que son cogidos en hurtos, latrocinios o cualquier otro delito (10), creen que son más agradables a los dioses inmortales; pero cuando faltan (11) esta clase de gente, para los sacrificios echan mano (12) de los inocentes.

NOTAS: 1. *simulacrum.* — 2. de extraordinaria magnitud. — 3. *membrum, i.* — 4. *contexere* — 5. *succendere.* — 6. *circumvenire flammā.* — 7. *exanimari.* — 8.

homo, inis. — 9. *supplicium.* — 10. *noxa.* — 11. *copiam deficere.* — 12. *descendere ad.*



LENGUA ESPAÑOLA

VOX. — Diccionario General Ilustrado de la Lengua Española. — Prólogo de R. Medéndez Pidal; revisión de S. Gili Gaya. — En tela, ptas. 125.

GILI GAYA. — Iniciación en la Historia Literaria Universal. — Ptas. 22.

LENGUA LATINA

SPES. — Diccionario Ilustrado Latino-Español Español-Latino. — 2.^a edic. revisada por V. García de Diego. — Ptas. 50.

SPES. — Diccionario abreviado Latino-Español Español-Latino, reducción del anterior para los primeros cursos del Bachillerato, 2.^a edic. -- Ptas. 25.

ECHAURI. — Diccionario Manual Latino-Español Español-Latino. — 6.^a edic. revisada por el autor. Ptas. 45.

Id. Lengua Latina (cursos 1.^o-2.^o-3.^o). Ptas. 18.

Id. id. (cursos 4.^o-5.^o-6.^o-7.^o). Ptas. 25.

Id. Crestomatía Latina para los siete cursos del Bachillerato, Ptas. 20.

LENGUA GRIEGA

PABON-ECHAURI. — Diccionario Griego-Español, 2.^a edic. revisado por. José M. Pabón. — Ptas. 40

ROCA PUIG. — Textos y prácticas para todos los cursos de Griego.

Pedidos y detalles a

EDITORIAL SPES

Avenida Carlos I. 149 - BARCELONA - Telegr. EDISPES


Cum emitis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

VINOS DE MISA

DE MULLER, S. A.

TARRAGONA

Casa fundada en 1851



Medalla de Oro en la
Exposición Vaticana de 1888 (S. S. León XIII)
Proveedores de Sus Santidades
Pío X, Benedicto XV, Pío XI y Pío XII

Garantía de absoluta pureza

EXQUISITA CALIDAD

Certificados del Excmo. Sr. Arzobispo de
Tarragona y de muchos otros Ilmos. Prelados

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

www.culturaclasica.com

PALAESTRA LATINA

Pretium subnotationis annuae, solutione antelata, est 15 pesetarum in Hispania et Lusitania, 16 ps. in America et Philippinis insulis, et 17 ps. in reliquis civitatibus - Pretium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Barcelona - Apart. 1048

DE PORPHYRIO

(233-303 p. Chr. n.)

Porphyrius philosophus neoplatonicus palaestinensis anno p. Chr. n. 233 in urbe Tyro natus, anno 263 Romae discipulus Plotini philosophi aegyptiaci fuit. Ab anno 268 complures annos in Sicilia commoratus est, deinde Carthaginem quoque perlustravit. Ab anno circiter 273 Plotino mortuo (269), Porphyrius, Romam reversus, scholae neoplatonicae triginta fere annos usque ad mortem (circa annum 303) praefuit. Saltem 77 opera Porphyrius conscripsit, quae ad septem artes liberales distribui possunt, unde erui possumus Porphyrium vere magistrum atque philosophum institutorem fuisse; in operibus de philosophia ejusque historia, de religione, mathematica, musica, astronomia, de historia mundi (rerum et civitatum), rhetorica, grammatica, copiose egit. Nobilissimum Porphyrii opus sunt «Enneades», hoc est collectio et conscriptio operum Plotini magistri.

Libellum praeterea de vita Plotini confecit qui jure maxime aestimatur cum ipsius Plotini naturam, ingenium, scholas, opera describat nonnullosque philosophos aequales cum Plotino disputantes faciat. Quae Plotini descriptio minima quidem pars est totius historiae philosophiae antiquae et quasi exemplar perfectum cujusmodi Porphyrius historiam philosophiae esse voluerit. Porphyrius vitam Plotini enarrans suam ipsius adumbravit et quasi in compendium redegit. Magnam quoque Plotino attulit laudem «Enneades» proferens, quas nisi edidisset, scriptor inglorius certe exstitisset. Auditor assiduus adeo deditus magistro fuit, ut praeceptoris doctrina majorem ex discipulo auctoritatem adeptam sit. Porphyrius ampliore copia scientiae, judicii, eloquentiae plenus erat quam Plotinus. Obsequium officiumque erga philosophum natu majorem verae Porphyrii existimationi obfuit semperque obstat. Discipulus erravit nimium lucis Plotino magistro tribuens, quare discipulus ipse valde obscuratur. Scriptores ecclesiastici Plotino, Platonis imitatori, favebant quia nihil contra doctores doctrinasque religionis christianae scripserat; Porphyrius autem adversus christianos opus criticum composuit, qua propter christiani eum oderant eique studiosissime obtrecebant. Christiani igitur Plotinum omni laude honestarunt, inscii verum administratorem sententiarum Plotini solum Porphyrium fuisse,

qui quidem deformia magistri dicta in formam sat lucidam redegerat. Si Porphyrius nihil scripsisset, nulla fere hodie exstaret disciplina Plotini; pauca tantummodo ejus haberemus fragmenta.

In textu vitae Plotini non pauci errores occurrunt, quorum aliquot corrigamus (ex editione quam fecit *Emile Bréhier*, Parisiis, 1924).

In capite 13, p. 14, 2 Bréhier scribendum videtur: *φράσαι μὲν ἱκανὸς καὶ εὐρεῖν <δεινός> νοῆσαι τὰ πρόσφορα δυνατώτατος*. Ad unumquemque horum trium infinitivorum aoristi accedat oportet adjectivum regens illos infinitivos, nam illo loco iudicium de arte rhetorica Plotini profertur, cujus tres partes operis rhetoris enumerantur:

νοῆσαι = intellegere, h. e. distinguere et eligere apta argumenta (*τὰ πρόσφορα*); *εὐρεῖν* = invenire materiam horum argumentorum;

φράσαι = eloqui disposite et ornate sententias; Cfr. Sulpitii Victoris *Institutiones Oratoriae*, Rhetores Latini Minores, ed. CAROLUS HALM (Lipsiae, 1863, 320).

Propterea ad illos infinitivos tria adjectiva diversa diversi gradus adjungantur. Proinde ponamus *εὐρεῖν <δεινός>*, cum ista vox *δεινός* inter *ἱκανός* similiter desinens et *δυνατώτατος* similiter incipiens haplographia quadam vel alia negligentia interierit. Porphyrio, viro dicendi peritissimo, parallelismus trium adjectivorum placuit.

In capite 14 (p. 15, 1, *Bréhier*) investigemus: *ἐν δὲ τῷ γράφειν σύντονος γέγονε*. Rejiciendum est *σύντομος* quod adjectivum (cum *μ* fictum) idem est ac *βραχύς*, quod statim sequitur. At *σύντομος* pertinet non tam ad parsimoniam verborum quam potius ad virtutem moralem et ad dicentis voluntatem, non immediate ad rationem dicendi; τῷ συντόνῳ opponitur τὸ ἀνεπιμένον in arte critica.

In eodem capite 14 (p. 15, 3, *Bréhier*) ratio docendi Plotini hoc pacto iudicatur: *τὰ πολλὰ ἐνθουσιῶν καὶ ἐκπαθῶς φράζων*; philosophus igitur animorum passiones et permotiones auditorum excitat ac quasi divine incendit, et ideo verba libri «De vita Plotini» hoc loco emendanda et supplenda sunt hac ratione: *καὶ <μᾶλλον ἐπεμελεῖ>το συμπαθείας ἢ παραδόσεως*; id est: Plotinus potius ad passiones permovendas quam ad doctrinam ipsam diligenter et accurate tradendam intendebat, idque naturae hujusce viri religiosi, facile permotionibus concitati, mystici, philosophiae dediti prorsus convenit. Ad verbum *ἐπιμελομαι* cfr. scholia platonica, ed. G. CH. GREENE, *Haverford*, Pennsylvania, 1938, p. 285, ad 24, b, *φρονήσεως ἐπιμελόμενον*.

In capite 20 (p. 21, 35, *Bréhier*) inter peripateticos unus tantum philosophus Heliodorus Alexandrinus commemoratur cum inter reliquas sectas platoniorum et stoicorum plures philosophi laudentur; sic etiam apud peripateticos duo saltem nomina fuisse verisimillimum est. In altera tamen commemoratione philosophorum ex pluribus scholis (p. 23, 36) iterum complures philosophi afferuntur et inter peripateticos duo quoque viri laudantur (Ammonius et Ptolemaeus). Unde efficitur in prima serie philosophorum alterum peripateticum

apponendum esse, quod facile fieri potest nam apud Eusebium in «Praeparatione Evangelica», X, 3, 1 peripateticus aequalis Porphyrii et Longini exhibetur. Prosenes Atheniensis cuius nomen in vita Plotini, (p. 22, 36) post Ἡλιόδωρος hoc modo inseri potest: Ἡλιόδωρος <καὶ ὁ Ἀθηναῖος Προσκήνης>. Mendum omissi nominis explices vellim hac ratione: προσκήνης nomen proprium a scriba ut adjectivum προσήνης intellectum et tamquam sensu vacuum neglectum est.

Jam a vita Plotini ad Isagogen Porphyrii transeamus; nam hic libellus unus omnium librorum et omnium auctorum antiquorum ab erroribus plane immunis videtur esse, id quod denuo documento est Porphyrium optimum magistrum et scriptorem perspicuum exstitisse. Accedit quod ille philosophus Tyrius, vir vere doctus, potius aristotelicus quam platonius habendus est: nam Porphyrius a scriptoribus posterioribus neoplatonicus appellatur, eo quod fuerat discipulus et successor Plotini; verum tota doctrina Porphyrii Aristotelis libris et methodis nititur, quod libris, qui exstant, comprobamus. Porphyrius erat egregius Stagiritae interpres. Isagoge hodie quoque apud orientales fundamentum artis logicae est. Ut autem illa Isagoge in Europa totoque mundo diligentius legatur ac penitus ediscatur optandum est.

EMIL ORTH

Adnotationes stilisticae ⁽¹⁾

De nominum numero adhibendo

II. Pluralis romanorum pro singulari nostro

Romani saepius quam hispani pluralem numerum adhibent.

1) Substantiva et adjectiva quae notionem obtinent *compositam* seu *genericam*, seu *quae multis* convenit, aut nomina quae uno quidem vocabulo:

a) varia ejusdem rei continent *genera, qualitates, modos, status, causas, cet.*;

b) quae *animi motus* ostendunt aut *facultates*;

c) quae aliquid exprimunt quod *saepius ac diverso modo* repetitur, plurali construuntur numero.

EXEMPLA: Duae memoriae (*Ad Heren.* 3, 16, 28): *dos clases de memoria*. Clarae mortes (*Tusc.* 1, 48, 116): *diversas clases de muerte esclarecida*. Valetudines (*Tusc.* 5, 39, 113): *diversas clases de salud*. Astrorum ortus et occasus: *la aparición y ocaso de los astros*, (*las «repetidas» apariciones y ocasos*). Invidiae multitudinis: *la envidia (las muestras de envidia) de la muchedumbre*. Omnes avaritiae: *toda suer-*

(1) Recognovit atque exemplis passim auxit ACTUARIUS.

te de avaricia. Iracundiae, timores, perturbationes, timiditates: la ira, el temor, la turbación, la cobardía (=pasiones). Mortes: la muerte (los casos de muerte). Motus turbulenti, jactationes animorum incitatae vitae beatæ nullam partem relinquunt (CIC.): «la pasión alborotada y la agitación del espíritu» estorban la tranquilidad de la vida. Invidia semper alienis processibus inimica (SEN.): la envidia es siempre enemiga de «la prosperidad» ajena, éxito ajeno, (de toda clase de prosperidad ajena). Quid est tam magnificum quam populi motus, iudicum religiones unius oratione converti (CIC. De orat.): qué hay más maravilloso que apaciguar con el discurso de un solo hombre «la agitación popular» (agitación multiforme) y «el escrúpulo» (los escrúpulos) de los jueces? Vide... quantae sint infidelitates in amicitiiis, quantae in periculis fugae proximorum, quantae timiditates? (CIC.): mira cuánta «infidelidad» (repetidas infidelidades), cuánta «deserción» de los allegados, cuánta «cobardía». Aures adhibere, dedere (CIC.): prestar «oído» (sentido, facultad).

d) substantiva rem aliquam significantia quae multis convenit rebus vel personis,

e) aut quae compluribus sunt partibus effecta

EXEMPLA. Adventus imperatorum: «la llegada» de los generales. Exitus bellorum: «el resultado» de las guerras. Proceritates arborum, «la altura» de los árboles. Milites terga verterunt (CAES.), los soldados volvieron «la espalda». Cleanthes dixit in animis hominum (en la inteligencia de los hombres) informatas esse deorum notiones (el conocimiento de los dioses) (CIC.). Gallinae avesque reliquae cubilia sibi nidosque construunt (CIC.). las gallinas y las demás aves construyen «su lecho (guarda) y su nido». Corpora juvenum firmare labore voluerunt (CIC.): quisieron fortalecer «el cuerpo» de los jóvenes con el trabajo. Scire fidibus (CIC.): saber tocar un «instrumento de cuerda» (instrumento que consta de «muchas cuerdas»).

2) Quam saepissime classici scriptores regionum vel provinciarum nomen transferunt ad earum incolas.

EXEMPLA: Alexander, rex macedonum: Alejandro, rey de «Macedonia». Apud persas: en Persia. Romanorum litterae: las letras de Roma (romanas). In Bruttiiis: en el Abruzo. Frumentum ex mediis (de la Media) supportabatur. In persis (en Persia) augurantur et divinant magi. Leges spartarum duriores sunt quam atheniensium (CIC.): las leyes de «Esparta» son más severas que las de «Atenas».

3) Substantiva concreta, quae vices gerunt nominum abstractorum, artes vel scientias significantium, plurali numero saepe convertuntur.

EXEMPLA: Cur Plato Aegyptum peragravit ut a sacerdotibus barbaris numeros (aritmética) et caelestia (astronomía) acciperet? (CIC. De Fin. 5, 29, 87). An ille... se, ut Plato, in musicis, geometria, numeris, astris contereret? (Id. id. 1, 21, 72): (música, geometría, astronomía, aritmética). Ut studia litterarum, ut numerorum, ut sonorum, ut mensurae, ut siderum, ut equorum, ut venandi (CIC. Part. Orat. 23, 80): literatura, matemáticas, música, astronomía, equitación, caza.

4) Substantiva concreta quae *caeli, aeris* vel *maris* modos atque status seu temperiem exhibent, pluralem malunt:

EXEMPLA: Nives: *la nieve o nevada*. Grandines: *granizo o granizada*. Imbres, pluviae: *lluvia*. Frigora: *tiempo frío, continuos fríos*. Aestus maritimi accedentes et recedentes (CIC. N. D. 2, 132): *el flujo y reflujo del mar*. Neque in nube neque in flatu cadunt rores (PLIN. 18, 292): *no hay rocío ni cuando está nublado ni cuando hay viento*. Ficum frigoribus ne serito (COL.): *no plantas higueras en la estación «del frío»*. Aestibus mediis (VIRG.). *en el calor del mediodía*.

5) Substantiva quae materiem significant, plurali numero inveniuntur.

EXEMPLA: Aera: *moneda de bronce, arma de bronce* («aera» fulgent, VIRG., *Aen.* 7, 526); *estatuas de bronce* («aera» sudant, VIRG., *Georg.* III, 480). Cerae: *figuras de cera* (si id in «ceris» fingeretur, CIC. *Nat. Deor.* 1. 71).

6) Superiora (n. 5) vero substantiva concreta et alia maxime a poëtis adhibentur:

- a) «Sacra»: *templa, numina, prodigia, omina, arae*;
- b) «terrae fructus et similia»: *vina, farra, mella, tura, gramina*;
- c) «corporis partes»: *ora leonis, vultus virginis, pectora, corda, colla*;
- d) «loca»: *teeta, litora, valles, limina, arces, Capitolia* (OV. *Trist.* 1, 1, 69), *palatia*;
- e) «res»: *popula, enses, currus, carinae, sceptrum*;
- f) «alia»: *regna Priami* (VIRG., *Aen.* 2, 189), *monstra*, (OV., *Met.* 4, 590); *nocturna silentia* (LUCR., 4, 461), «*silencio*» *de la noche*; *per amica silentia lunae* (VIRG. *Aen.* 2, 255).

7) Nomina *propria* pluraliter efferuntur cum varias ejusdem gentis vel familiae personas designant variasque earum species aut proprietates: (1)

EXEMPLA: Duo Scipiones, Fabricii. Sint Maecenates, non deerunt, Flacce, Marones (MART. 8, 55, 5): *que haya hombres como Mecenas, no faltarán poetas como Virgilio*. Cicerones rari sunt: *oradores como Cicerón son raros*.

DOMINICUS BELTRANI, C. M. F.

Villae Rosarii in Argentina.

CORRIGENDA

N. 105 - 6 - 7 - 8 (in operculis) in superiore linea:

pro MCMLXVII lege MCMXLVII

N. 109: pro MCMLXVII-VIII lege MCMXLVIII

N. 108: p. 366 l. 26: pro illum lege ille.

(1) Cfr. LLOBERA, *Grammat. Cl. latinitatis*, 392, IV.


ILIADIS I

- Iram, Musa, velis Pelides dicere Aëhillei
acrem, quae graecis portavit mille dolores,
pluresque innocuas animas detrusit in orcum
Heroum; canibusque feris avibusque vorandos
5 tradidit innumeros. Jovis haec sancita voluntas,
orto dissidio cum discessere feroces
Atridesque, virum Princeps, et dius Aëhilles.
 Quis deus infensos ipsos pugnare coëgit?...
 Latonae puer atque Jovis, succensus in illum,
10 intulit agminibus morbum, populique peribant.
 Namque sacerdotem Chrysen despexit Atrides.
 In naves celeres graecorum venerat ille,
 natam vestigans immensaque munera portans,
 vittis se longe jaculantis Apollinis ornans
15 sceptroque aurato; cunctosque orabat aëhaeos,
 praecipue Atridas, populum dicione regentes:
 «Atridae, caligisque bonis instructa juvenus:
 Di vobis tribuant, caelestia regna tenentes,
 diruere hanc urbem Priami, patriamque redire!...
20 Nunc agite, accepto pretio, mihi reddite natam,
 Numen adorantes ipsius Apollinis altum!»...
 Assensere omnes nutuque et murmure aëhaei;
 atque sacerdotis suadent assumere munus.
 Non animo tamen arrident Agamemnonis ista.
25 Sed male dimisit, durissima verba locutus:
 «Ne te comperiam curvis in navibus unquam;
 sive moreris abire, senex, seu deinde redibis.
 Nec tibi vitta dei, nec sceptrum proderit ipsum...
 Hanc ego non reddam, donec consumpserit aevum
30 arcibus in nostris, longinquis exul in oris,
 stamina sollicitans et sternens stragula lecti...
 Ergo tolle moras, si vis discedere salvus!»...
 Sic ait; horrescitque senex et jussa facessit.
 Tum maris undosi litus taciturnus obibat,
35 plurima, dum pergit, poscens ab Apolline rege,
 quem peperit Latona, Jovi dilecta supremo:
 «Me exaudi, arcitenens, qui Chrysen protegis urbem
 Cillamque insignem. Tenedi fortissime custos.
 Smintheu, si quando gaudenti altare dicavi,
40 ac tibi mille boum combusi et mille caprarum

- pinguia crura; mihi concede haec vota precesque:
A danais lacrimas nostras tua tela reposcant!...
 Dixit; et orantem pius exaudivit Apollo;
 verticibusque furens properat descendere Olympi,
 45 suspendens umeris arcum gravidamque pharetram.
 Incessuque gemunt strepitumque dedere sagittae.
 Ipse, ira plenus, noctique simillimus, ibat!...
 Aspexit naves procul, intenditque sagittam.
 Tum vibrat horrendo stridore argenteus arcus...
- 50 Attigit imprimis mulos segnesque molossos;
 innumerisque pyris resoluta cadavera fumant..
 Jamque dies prostrata novem sunt agmina telis.
 At decimo, coetum populi vocat acer Achilles.
 Hoc illi monitum dederat dea candida Juno,
 55 graecorum miserata nimis, tot funera cernens.
 Postquam illi acciti densum stipantur in agmen
 stans coram, pedibus-velox affatur Achilles:
 «Nunc, Atrida, redire fugamque capessere oportet
 protinus in patriam, si mortem arcere velimus.
- 60 Jamque sacerdotem quaeramus, fata canentem,
 aut aliquem vatem qui somnia pandere noscat:
 (illa quidem nobis immittit Juppiter ipse),
 ac dicat quare mala tot meditetur Apollo:
 an votum objiciat neglectum sive hecatomben,
 65 anne adipem velit agnorum seu pingue caprarum,
 ut pestem, nostri miseratus, tollat iniquam»...
- Haec fatus, sedit. Medium se protulit ultro
 Calchas Thestorides, prae cunctis optimus augur,
 qui transacta, futura quoque et praesentia norat,
 70 quique suo augurio, (quod ei donarat Apollo),
 conduxit graecos in navibus Ilion usque;
 «O dilecte Jovi, portendere cogis, Achilleu,
 me Regis longe-jaculantis Apollinis iram.
- 75 Dicam equidem; verum mihi nunc per numina jura:
 te mihi custodem verbo dextraque futurum.
 Namque vir ardebit, reor, is cui summa potestas
 contigit in graecos, cui subjiciuntur aethaei...
 Terribilis princeps, plebejo iratus, habetur!...
- 80 Quamvis dissimulans bilem nunc digerat atram,
 attamen invidiam penitus sub pectore volvit,
 posthac ulturus. Num me fotes ipse tueri?»

M. VÁZQUEZ, S. J.

NOVA ET VETERA



PICTURA 19.^a

VIA .. MERCATORES

1. — Johannes, amicus qui ruri vivit, ut apud nos triduum ageret, advēnit. Ad hoc usque tempus nondum occasionem nactus erat magnam urbem videndi et ideo totos dies ambulando traducimus, eique, quae ignorat, explico.

2. — Primum, observatorium ¹ inspicendum adiimus, quod ei magnae fuit jucunditati et delectationi. Recedentes per viam ³ ubi turcarum balnea ² sunt, funus ⁴ obviam nobis factum est. Exsequiis clerici praecerant qui et libitinae anteibant, in qua lectus erat impositus. Plurimi amici lugubri veste familiam comitabantur. Cum hominum frequentia pertransiit, vicum ante magnam cervisiae fabricam transgressi sumus, ubi plurimi potatores cerevisiam bibebant in solario sub umbraculis porthyri ⁶ vitrei.

3. — Johannes suspenso fuit animo ante illud clipeum inter tabernam propolae vinorum liquorumque ⁷ et venditoris musicae ¹⁰ collocatum; quid autem significaret, interrogavit, eique respondi consulatum anglicum ⁸ designare; atque consulem ⁹ in moeniano ostendi.

4. — Commodum subsistimus ante pergulam vitrariam instrumentorum musicorum, harmoniorum, organorum, clavicordiorum; opercula collustrata partium et opusculorum musicorum — quae clavicordio ludantur —, inspeximus, atque lyram ligneam et inauratam in signum expositam mirati sumus.

5. — Ob nubem pulveream — quam converrentes ¹¹ et machina scoparia ¹² excitarunt — ante pulchra ornamenta venditoris supellectilis ¹³ et ante laconicorum et lampadarum tabernam nugivendi ¹⁴ celeriter pertransivimus.

6. — Praeterea ibidem cedere de crepidine coacti sumus, referta sarcinis, quas e vehiculo ¹⁶ ad res domicilii transferendas, extrahebant [quidam], ut in receptaculum ¹⁵ modo conductum inferrent. Quapropter venustas raedas plaustrarii ¹⁷ cerne-re nequivimus, attamen ut stipitorem ¹⁹ inspiceremus, subsistimus, capsum pro vicino venditore cyclorum et digarum ¹⁸ conficientem; deinde cum jam sero esset, domum rediimus.

7. — Postero die, mater mea Johannem rogavit ut imaginem suam photographia exprimeret atque mihi mandatum dedit ut illum ad photographum ²⁰ comitarer. Post jentaculum ad illius artificis officinam convenimus ubi diu nobis expectandum fuit; ut autem animum in aliqua re intentum haberemus photographias ²² e muro pendentes inspeximus. Cum autem ad nos perventum est, longa non fuit operatio, et postquam amicus ante machinam photographicam ²¹ positus est, regressi sumus.

8. — In prima contignatione per capillorum concinnatoris ²³ portam — aper-tam — tironem clienti capillum tondentem vidimus. Cum ad viam descendimus, ante tabacopolium ²⁴ praetergressi sumus. Adeo illa rutila laterna ²⁵ et praegrandi siphunculo fumatorio — quod in signum prostat —, delectatus est Johannes ut in duo viros, confabulantes ac tabaci micam ²⁷ insumentes, offenderit.

9. — Ad schedinummas et omnium civitatum nummos in armario vitreo trapezitae ²⁹ expositos animum parumper intendimus; cum autem hora esset antecenii, non amplius immorantes, dulciarium ³¹ adiimus.

10. — Tot prae oculis habentes cupedias, quae in receptaculo erant: dulciola, mustacei, buccellata, pulchralia omne genus, quid eligeremus, nesciebamus. Tandem Johannes in dulciola cum cremore perductus est; ego autem nihil nisi placentulam cum cerasis sumpsi, nam ex cupediis mihi condolent dentes neque crebro dentifice ³⁰ invisendo delector.

11. — Ut amico dactylographum ostenderem —cujus fama acceperat quin tamen illud vidisset—, in patruelis ³⁴ officinam ³² ingressi sumus. Illum scribae ³⁵ —qui et stenographus— epistulas dictantem invenimus. Vix epistula finita erat cum eam dactylographus ³³ velociter machina perscribebat. Cum autem necessarium meum ab occupationibus impedire nollem, quaedam tantum temporis momenta apud ipsum permansimus.

(sequar)

VOCABULARIUM

- 3 via, ae, f., vicus, i, *calle, rue*.
- 4 funus, eris, n., *entierro, enterrement*.
exsequiae, arum, pl. f., funus, eris, n., *cortejo fúnebre, convoi funèbre*.
libitina, ae, f., *coche mortuorio (fúnebre), corbillard*.
lectus, i, m., (arca, ae, f., capulus, i, m.), *ataúd, cercueil*.
lugubri veste, *con vestido de duelo, en duil*.
sub umbraculis, *a la sombra, à l'ombre*.
- 6 † prothyrum [velothyrum] vitreum, *marquesina de cristales, marchise vitrée*.
clipeum, i, n., *escudo [de armas, representativo]*, *écusson*.
- 7 † vinorum liquorumque propola, *licorista, liquorista*.
† pergula vitraria († vitraria, ae, f., † reconditorium, † armarium vitreum), *escaparate (vitrina), étalage, (vitrine)*.
† partes musicae, *partitura, partition*.
opusculum (opus) musicum, *obra musical, morceau*.
nubes pulvereae (pulveris nebulae), *nube de polvo, nuage de poussière*.
- 11 converrens, entis, scoparius, ii, m, *barrendero, balayeur*.
- 12 machina *scoparia, *barredera mecánica, balayeuse mécanique*.
- 13 ornamentum, instrumentum, supellex, e&tilis, n., *muehlaje, muebles, mobilier, meubles*.
† laconicum, i, n., *estufa, poêle*.
- 14 nugivendus, nugigerulus; (minutorum), † lamellarum venditor, [propola, ae], m., *quincallero, quincaillier*.
- 16 vehiculum, plaustrum ad res domicili transfe-rendas, *carro (coche) de mudanzas, voiture de déménagement*.
- 15 receptaculum, i, n., *almacén, magasin*.
- 19 stipator, oris, m., *embalador, emballeur*.
capsus, i, m., *caja, carroza, caisse*.
- 18 *diga, ae, f., *automóvil, automobile*.
imaginem photographia exprimere, *fotografiar, retratar, photographier*.
cum ad nos perventum est, *cuando nos tocó el turno, lorsque notre tour est arrivé*.
- 23 ciniflo, onis, m, capillorum concinnatur, cine-reus, i, m., *peluquero, coiffeur*.
- 24 *tabacopolium, ii, n, *estanco, boureau de tabac*.
*siphunculus fumatorius, *pipa, pipe*.
† insumere tabaci micam (pulverem), *tomar tabaco en polvo, rapé, prendre une prise de tabac*.
*schedinumia, ae, f., (tessera nummaria), *billete de banco, billet de banque*.
nummus, i, m., *moneda (calderilla), pièce*.
- 29 trapezita, ae, m., nummularius, ii, *cambiſta, (banquero), changeur*.
antecenium, ii, n., merenda, ae, *merienda, goûter*.
- 31 dulciarius, ii, m, *pastelero, pâtissier*.
cup[p]edia, ae, f., *golosina, friandise*.
† dulcium, dulciolum, ii, n., *pastel, pastelillo, gâteau*.
† mustaceum, i, n. (.ceus, i, m.), *alajú, alfajor, (mostacón), pain d'épice*.
† buccellatum, i, n, (bis coctus [=panicellus]), *biscocho, biscuit*.
† pulchræ, is, *hombón, bonbon*.
† dulciolum, (buccella) cum † cremore, *pastelillo con crema, gâteau à la crème*.
† placenta cum cerasis, *tarta con cerezas, tarte aux cerises*.
*dentifex, icis, *dentista, dentiste*.
dactylographum, i, n., *máquina de escribir, machine à écrire*.
famam alicujus accipere, *oír hablar de, entendre parler de*.
- 35 scriba (ab epistulis), scriptor librarius, *secretario, secrétaire*.
stenographus, i, m., *taquígrafo, sténographe*.
- 33 dactylographus, i, m., *dactilógrafo, dactylographe*.

JOSEPHUS M. MIR, C. M. F.

Compositio vertenda

- HYGINIUS — Fieri non potest ut pensum (*composición*) absolvam, est nempe prolixius aequo.
- JULIUS. — Non pudet te vel per jocum haec dicere, cum nullam toto tempore, ut video, lineam duxeris? Praeter ea, dii facientes adjuvant — tritum est proverbium—, et labori supersedes?
- H. — Cur igitur nobis imperantur pensae tam gravia atque iterata?
- J. — Ut in discendo proficias, nihil enim ad id prodest quantum scriptio. Quare, mitte inanes querelas uno pigro dignas et totus in scriptionem, volenti animo ac sereno, incumbito.
- H. — Libenter quidem, quod mones, praestarem si tuam mihi saltem operam pollicereris et manum paulisper admoveres, qua es animi magnitudine.
- J. — Placet omnino. Age, calamum deprome et atramentum.
- H. — In promptu sunt haec omnia, immo juvat stilographo uti; penna et atramento hoc crasso chartae resperguntur et coinquinantur omnes.
- J. — Adversaria (*borrador*) et lexicon praesto sunt? Ubi ea habes?
- H. — En tibi lexicon; prae manibus mihi semper est, at codicibus careo; cedo dimidium chartae folium, quod redam cras.
- J. — Mutuum dabo hoc frustulum; sufficietne tibi?
- H. — Satis est. Incipiamus ilico.
- J. — Quaere in lexico vocabula singula.
- H. — Id jam operis opportune peractum est, sed nonnunquam deficiunt verba propria. Quid agendum?
- J. — Tunc, translationis opus est. Sed ne vagetur animus tuus, secus quod nihil proficias, tua desidia in culpa erit non praeceptoris, qui multotiens rauescit clamando dum discipulorum peregre peregrinantur aures. Id de more fit, usu eomet didici.
- H. — Pro viribus adnitar et intendam animum.
- J. — Age jam, quibus id verbis latine dicitur?
- H. — Non satis assequor quod dicis.
- J. — Faciam intellegas; quanquam hoc sexcenties dictum est: quae, inquam, est vis verbi «circuitus»?
- H. — Nescio hujus verbi significationem.
- J. — Idem valet atque «ambitus vel comprehensio verborum», quod vernacula lingua «*periodo*» sonat.
- H. — Nunc teneo mediocriter; grammaticae prae ceteris potius quam dicendi arti navavi operam, venia tamen debetur experienti...
- J. — Revertamur ad ea unde coepta est oratio. Selige verba aptiora et in latinum converte, non verbum verbo, sed sermonis contextui insistendo. Animadvertas oportet quatenus particulae indicativo vel subjunctivo rectius copulentur; ceterum ab scriptione verba non convenientia et etiam hiantia (*con hiatos*) absint procul.
- H. — Pingui Minerva te in hoc philosophari non nego; daturum me operam scito consiliis tuis ut nihil reprehensionis obnoxium observet magister in scriptionibus meis.
- J. — Inter scribendum cave quidquam appareat deturpatum ex atramento, maculis et menda potiora, ut praepositioni casus alienos adjungas, culcumque verbo aliud ac proprium genus adscribas; soloecismos effugas ac potissimum barbarismos toto pectore sive in scribendo sive in loquendo abhorreas usquequaque.
- H. — Id ego consilii, si diutius vivam, sequar ac probe tenebo.
- J. — Tibi Deum fore adiutorem scito, ipse enim industriae favet.
- H. — Quod bene vertat. Gratias habe quamplurimas.

RAIMUNDUS SARMIENTO, C. M. F.

Villae Rosarii, in Argentina.

RELATIONES LOCI

brevissimis exemplis commonstratae

(Praecepta tradita sunt in PAL. LAT., n. 81, pag. 101)

I. — UBI

Puer, ubi es?

—Sum:

I. — a): in schola:

b) in Hispania, in Aragonia, in Sicilia.

N. Excipe ab a): terra marique, tota Hispania fui, (sine praep. in).

II.—Matriti, Caesaraugustae.

N. Excipe: in urbe Matrito, Matriti, [in] urbe nobili.

III.—Domi, ruri, humi,

militiae (=domi militiaeque)

N.: Domi meae,

[in] domo mea, [in] domo Petri, domi alienae;

semper: in domo ampla.

IV.—Barcinone, Burgis.

V.—(Pugna) ad Matritum, ad silvam; (ad patrem).

II. — UNDE

Puer unde venis?

—Venio:

I. — ex itinere,

ab Hispania, ex Aragonia, ex Sicilia.

II.—a) Barbastro,

b) domo, rure;

sed: [e] domo Caesaris.

c) reditus Barbastro,

calcei Barbastro (*hechos procedentes de Barbastro*).

N.: Excipe: 1) ab urbe Carthagine,

Carthagine, ab urbe nobili;

2) distare a, abesse a, esse ab, longe a, procul a Roma.

3) a Roma (*de las cercanías de R.*)

4) Primus miliaris a Roma (*la primera piedra miliar A PARTIR DE ROMA*).

III. — Petrus Barbastro (=Barbastrensis); Petrus ex Hispania.

III. — QUO

Puer quo pergis?

—Pergo:

I.—in scholam; ad patrem,

in Hispaniam, in Britanniam.

N.: Pergo (—) Aegyptum, Peloponnesum.

II.—Ad Barbastrum;

pugna ad Romam.

III.—a) Barbastrum,

b) domum, rus,

c) domum meam, [in] domum meam, domum Ciceronis, [in] domum C.

d) in domum amplam,

e) in urbem Barbastrum,

Barbastrum, [in] urbem nobilem.

IV. — QUA

Puer qua iter fecisti?

—Iter feci:

I. — Barbastro,

via Appia, porta Capena, terra, mari, tota urbe.

II. — Per Hispaniam,

per montes,

[per Babylona].

J. M. TRISTANIUS, C. M. F.

Quaestiones

FCUS. X. A V. CARMELI, O. C. D. (*Villae-francae. in Navarra*).

Mihi pergratum erit, si librum, ad enodandas difficultates in rebus et phoneticis et morphologicis, indicaveris. Neque vero, si et librum philologicae disciplinae significaveris, displicebis. Quo autem melius mens tibi mea pateat, aliquot libros, has ad disciplinas expectantes, et ubi prodierint, rectiusve apud quem veneant, indices amabo.

In praesens vero novam quaestiunculam tuo prudenti iudicio propono. Quid de genere vocis «dies» in singulari numero? Regulae, quas videre licuit, non ita clare rem pertractant. Quid tandem de hoc sentis?

En tibi, istud crucigramma, Carmelitici Instituti stemma exprimens, quod in otiis (nonne aliquando vitam et gravitatem levibus spargere decet?) exaravi, disposui, concinnavi. Si prelo mandaveris, delectabor.

—Si disciplinae phoneticae et morphologicae operam navare intendis, tibi adjuvamento esse poterunt et utilitati libri: *Phonétique historique du latin*, NIDERMANN, Klincksieck, Paris; *Grammaire historique latine* (In opere *Manuel des études grecques et latines*), LAURAND, S. J., Picard, Paris; *Morphologie historique du latin*, ERNOUT, Klincksieck, Paris; *Le grec et le latin*, CLIQUENNOIS, Poussielgue, Paris; *Estudios de fonética y morfología latina*, A. PARIENTE, Universidad de Salamanca.

—Quae vero ad philologiam spectant forte aptius invenies pertractata in commentariis: *Emérita*, Medinaceli, 4, Madrid; *Revue des études latines*, *Les Belles Lettres*, Paris; *Revue de Philologie*, Klincksieck.

—De voce «dies» haec habeto: Initio fuit masculini generis, ut facile ex adverbio *hodie* et *nudius tertius* erui potest. In plu-

rali numero semper masculini fuit generis. In singulari vero cum significat «data, fecha, plazo», saepissime est *femenini generis*: a) dies iudicio vel negotio assignata: *diem dicere*, «*quam*»; ad «certam» diem. *Nostra ad diem «dictam» (fijado) fiunt* (CIC., *ad fam.* 16, 10); b) dies litteris apposita (*fecha, data*): *dies adscripta*; c) tempus aliquod praestitutum, praefixum: «*annua*» die; *diem inquirendi «perexiguam» postulavit*; ad «*constitutam*» diem.

In reliquis casibus dies est masculini generis: *dies festus, septimus, post tertium diem, postero die. Eodem die venire oportuerat* (CIC., *ad fam.* 16, 15). Quibus tamen praeceptis scriptores posteriores (Tacitus, cet.) non semper fideliter adhaerent.

—Probavimus crucigramma a te missum, illudque edemus; de ceteris alias.

J. M. M., C. M. F.

Epistolia soluta

F. B. I. (*Lucronii*). Te inter subnotatores adnumeravimus. Quid vero desideres, ignoramus. Suntne alia vocabula in sectione «Nova et Vetera», an potius nuntii ad latinum sermonem spectantes? Hos, si ad manus habes, ad nos mittendos, qui edantur, cura diligenter.

O. R. (*Granatae*). Popularem tuum et Fratrem P. M. Vázquez nostris verbis salvere jubebis; concinna nos donavit Iliadis versione, Vergilii verbis —quasi rutilis luminibus —passim affabre conspersa. Totius operis fasciculum deinde ad te mittam.

N. L. O. M. (*Barcinone*). Litteris tuis, quibus gratiam refers et PALAESTRAE laudibus ornas, vehementer sum recreatus. «ille» vero tuum, de quo ad me, pro «illum», in hoc fasciculo emendamus; potius tamen pronomen «ille» elideres; qui autem retractavit —typographum ais—, forsitan sic orationem exstruebat: «non intellego illum —qui existimat hoc fieri posse—, cur non putet idem (=ille...)», quamvis orationis sensus mancus quoque fiat. Nos amare et PALAESTRAE inservire perge.

J. N. (*Celsonae*). Ob natalem diem fausta quae adprecaris, tibi obveniant majora. Libris, quos misi, incumbite diligenter. Quae in superiore fasciculo de enclitica *-que* vobis scripsi, sententiae cl. grammatici F. Sommer (*Handbuch*, § 169), prorsus adversatur, qui quidem asserit casum esse omnino singularem et nondum explicatum, accentum, scilicet, incidere in ultima syllaba brevi cum enclitica *-que* subsequitur. Casum vero *musaque, doctaque* productum in *nominativo*, ex analogia cum *doctusque* ex positione protractum explicat. Quae de Wagner dixi, ex carmine latino eruit; quem Cornu impugnat.

R. S. (*Villae Rosariae, in Argentina*). Donis tuis rursus delector. Commentaria illa Alabonam mittam. «Flos Campi» camporum vestrorum fragrantiam ad nos advehit atque adflat; nonnulla lectoribus delibanda proferam. Perveneruntne ad te duo librorum fasciculi litteraeque nostrae? Ecquid de propositis? Iis favere ne desleris.

Aemilius Boisacq

Postridie Kal. junias a. 1945 Bruxellis excessit e vita Dr. Aemilius Boisacq, affecta jam aetate, octogesimum enim fere attigerat annum. Doctoris honore cumulatus est a. 1891 in Academia Bruxelliana, thesin. «*Les dialectes doriens: phonétique et morphologie*» cum protulisset. Deinde cum clarissimis professoribus Sütterlin, Osthoff, Bréal, Meillet investigationibus operam dedit.

Summam sibi comparavit gloriam in conficiendo edendoque dictionario graeco (*Dictionnaire étymologique de la langue grecque*), qui anno 1907 primum prodit maximique a philologis et linguarum cultoribus aestimatur.

Nonnullos quoque graecos ac latinos scriptores est interpretatus, atque alias in linguis romanicas investigationes edidit.

Magnum profecto virum linguistica ac philologia classica lugent.

Bibliographia

J. GUILLÉN, Pbro. *Gramática Latina Histórico-Teórico-Práctica*. Maestro Avila, Salamanca, pp. 428. — 35 pts.

Cl. Litterarum latinarum professor, Dnus. J. Guillén, pbr. qui lectoribus nostris notus est ex libro, cui nomen «Clave del Latín» et ex «Estilística Latina», novum protulit opus grammaticam nempe latinam, qua alumnis totius latinitatis arduam viam sterneret; in qua veteris docendi ratione cum historica seu philologica — quam vocat — conjungere atque componere studet. Quae in vulgatis grammaticis pertractantur, in hac quoque inventes, saepe tamen factorum ratio et evolutio scite innuitur; praeterea quaedam de verborum proprietate adduntur cum longa et copiosa de phonetica disquisitione (pp. 337-60). Evolvuntur quoque prosodia et ars metrica eaque subsequuntur selectae appendices.

Nostra tamen sententia, ut opus alumnis maximo sit adjumento, nonnulla erunt perficienda; quae benevolentia auctoris fretus hic proferenda censemus. Annotationes quaedam philosophicae — si liber adulescentulis est tradendus — forte claritati officient atque nocebunt, ut ea quae in n. 222-26, quae nimis philosophica apparent et denuo sunt pervestiganda (Cfr. TOVAR, *Gram. hist. lat., Sintaxis*, § 26, 27, 28; *Emerita*, XIV, pag. 397). In syntaxi praecepta in n. 242, 3, 319-20 prolata, subtilius erunt explicanda ac partim retractanda; itidem praepositionum etymologiae (n. 326): *ad* < *abd* < *apd* < *apud* < *apere*, (n. 333) *erga* < *ergo* < *vergo?*, (335) *infra* < *infera* < *in*; *post* < *poste* < *posite* < *pono*; *coram* < *cum-ora* < *cum-os?*, o o quizá de *xóran* < *kata xóran*; et in phonetica: *brevissima* > *breuma* > *brouma* > *bruma*; *novatrix* > *noutrix* > *nutrix*; *medius* > *mesius-mesa*; *sors-fors* > *fortuna*, cet.

Nihilominus opus vere laudandum est et auctori animos addimus ut his lit-

terarum studiis in commodum juventutis impense et assidue incumbat.

TRISTANIUS, C. M. F.

J. M. OLEZA, S. J. — *Gramática de la lengua latina*, 2.^a parte. E. Subirana, Barcelona, 1947, 352 p., 45 pts.

Clarus P. Oleza, anno ab into magisterio currente vigesimo quinto, altero grammaticae volumine lectoribus vehementer expectantibus satisfecit.

Quo de opere, ne ea, quae in fasciculo 101 Tristianus noster pulchre disserebat, iterum proferamus, quam brevissime potero meum iudicium exponam.

Illud imprimis operis auctor intendit, ut alumni perfectam latinitatis cognitionem assequantur. Quo fit ut quae de legibus praeceptisque syntacticis ab optimis scriptoribus traditur doctrina, ordine tamen perspicuo digesta, clare pressequae descripta, opportunis demum exemplis illustrata hoc in volumine exhibeatur.

Adde quod ea, quae de «stilística» latina apud veteres scriptores inordinatius tradebantur, hic accurate distinguuntur, copioseque tractantur.

Nec praeterire fas est quanta cum scientia et rerum latitudine auctor pertractaverit ea omnia quae ad «prosodiam» et «artem metricam» latinam spectant, in qua etiam doctissimam de ratione Prudentiana conspiciere juvat appendicem.

Opus denique locupletant brevis de orthographia latina tractatus cum copioso vocum difficultiorum elencho, et indices amplissimi omnium rerum.

Ceterum opus — seposita quadam elatiore methodo in tradenda doctrina — aptissimum alumnis et omni commendatione dignum censemus.

ISIDORUS MAULEÓN, C. M. F.

J. M.^a PABÓN, *Homero*, Clásicos «Labor». 210 p., Barcelona, 1947.

Domus Editrix *Labor* in novissima collectione scriptorum classicorum veterum ac recentium, ab Homero, poëtarum epicorum principe, exordium sumit praebetque legentibus selectam locorum anthologiam cum elaborata lucubratione et accurata, fideli, vivida versione. Illud vero prooemium (83 pp.) iis, quae a cl. Prof. A. Segalá (*Iliada*, 1934, Madrid) pertractantur, sane praestat; in eo enim Dnus. Pabón dilucide ac presse personam heroicam magni poëtae, quaestionem historicam et litterariam summo ordine ac perspicuitate attingit; sed de mytho seu creatione poëtica, de fundamento historico horum poematum epicorum, de conclusionibus a cl. v. Bérard propositis, silet. Ex *Iliade* I c. vertit: Diomedis principatus, Hectoris et Andromachae colloquium, Patrocli preces ad Achillem; Menoetiadae arma, dolor Pelidae ob amici mortem, Achillis arma deque Hectoris victoria. Et ex *Odyssea* profert narrationes: Ulixidis et Calypsus, Cyclopiis, evigilationis in insula Ithaca, Eumaei caprarum hospitalitatis, tentaminis arcus sponsorumque caedis.

In appendice id tentat A. ut Nausicae narrationem studiose vertat hexametro hispanico —quinque accentibus notato acutâque saltem syllabâ secunda et quinta ab extremo versu incipiens. Placet hujusmodi specimen; si tamen mente ac ratione Homerum carmine vertendum intellegimus, usu tamen soluta oratione nobis lectu jucundior est.

A. PLANAS, C. M. F.

J. BÉRANGER, *M. Tullius Cicero, Epistulae selectae*, Editiones helveticae, S. Latina, 15, Orell Füssli, Zürich.

In serie latina Editionum helveticarum, quas moderatores institutionis regionalis (seu cantonalis) parant, modo volumen 15 prodiit, quod praestantiores atque legentibus faciliores epistulas Ciceronis continet. Concinnum aptumque alumnis ac litterarum latinarum studiosis opus, in quo jucunde 95 perleges Ci-

ceronis epistulas ad familiares, ad Atticum, ad Brutum, ad Quintum fratrem, ordine sic dispositas ut totum Ciceronis curriculum facile dimettaris; iisque in fine voluminis index adjicitur, in quo nomina propria explicantur. Domus editrix O. Füssliana typorum nitorem, perspicuitatem atque in toto edendo opere studium et elegantiam consecrata est.

P. GILBERT ET M. RENARD, *Rarae Gemmae*, Office de Publicité, Bruxelles.

Aptissime hic libellus inscribitur *Rarae Gemmae*; in eo enim quasi extrahuntur quaedam gemmae poëtarum rarae ac pretiosae: ibique selecta perleges loca Lucretii, Catulli, Horatii, Sulpiciae, Pervigilii Veneris, Ausonisque. Auctores in his selgendis poëtis neque scholas neque tempora consecrati sunt. Tantum tibi offerunt quasdam gemmas reconditas seu quasi parvum florilegium, cujus odore animum suaviter oblectes. De poëtis pauca, sed optima, in commentariis disseruntur; lingua gallica loca interpretantur.

Jos. M.^a MIR, C. M. F.

JEAN GESSLER. — *Textes Diplomatiques Latins du Moyen Age*, Collection Leblègue, Office de Publicité, Bruxelles, 1948.

In hoc tenui atque manuali volumine, scripta quaedam politica —medii labentibus saeculis— apud Belgas edita, integre vel excerptim descripta, sed accurate condenseque digesta lector inveniet.

Illud potissime libellum commendat, quod ea quae in multis magnisque voluminibus quasi dispalata viderentur, hic ordine sub uno ponantur.

Fragmentorum selectio parva libelli mensura circumscribitur.

Ceterum opusculum plurimis lectoribus voluptati esse potest et commodo, non solum propter selectionis iudicium, prudens illud atque sincerum, sed etiam propter eruditissimum commentariolum quo pleraque fragmenta instruuntur.

I. MAULEÓN, C. M. F.

EDITORIAL
GRAFICAS CLARET
TEXTOS PALAESTRA

Preparados por PP. Misioneros del Corazón de María

1.º y 2.º Cursos:

Historiae Sacrae Compendium
(3.ª edición) 6'00 ptas.

Epitome Historiae Graecae
(4.ª edición) 8'00 »

C. Nepotis Vitae Excellentium
Imperatorum (en prensa)

Primer Curso de Lengua Latina
4'00 ptas.

Segundo Curso de Lengua Latina
6'00 ptas.

REPETITORIUM { en cartóné 12'00 ptas.
 { en tela 15'00 »

3.º y 4.º Cursos:

Ciceronis Epistulae Selectae 6'00 pts.

Caesaris de Bello Civili 8'00 pts.

Ciceronis in Catilinam (I.ª) 6'00 pts.

Ciceronis pro Archia poeta 6'00 pts.

5.º y 6.º Curso:

Sallusti de Catilinae Conjuracione
6'00 ptas.

Vergilii Aeneidos liber II 6'00 »

Horatii Carmina Selecta (en prensa)

T. Livii Historiae Selectae 8'00 »

De Orthographia Latina 6'00 »

7.º Curso:

Prudentii Carmina Selecta (agotado)

Homeri Odyssea (canto 1.º) 6'00 pts.

Edición de sólo texto latino:

Ciceronis Epistulae 2'00 pts.

Ciceronis in Catilinam (1.ª) 2'00 »

Ciceronis pro Archia 2'00 »

Sallusti de Catilinae Conju-
ratione 3'00 pts.

Vergilii Aeneidos liber II 3'00 »

T. Livii Historiae Selectae 3'00 »

NOVEDAD de "Textos Palaestra"

GRAMATICA GRIEGA

La **Fonética** al servicio de una morfología más racional.

La **Fonética** al servicio de la pedagogía.

La **Sintaxis** desde el pensamiento griego.

La **Sintaxis** para el pensamiento griego.

Obra original de los profesores belgas

Planque, Lermينياux, &

Traducción preparada por TEXTOS PALAESTRA

CLÁSICOS "LABOR"

Esta Colección constituye el guía obligado en la lectura y estudio de los grandes clásicos de la Antigüedad y de las Literaturas modernas. Cada volumen contiene un estudio magistral acerca de uno de los grandes autores y una selección de los textos más bellos y representativos de sus obras, facilitando con oportunos comentarios la perfecta asimilación de su contenido ideológico y su plena fruición estética.

Volúmenes de 250 a 300 páginas, tamaño manual (11,5 × 17,5), encuadernados a la holandesa, con sobrecubierta a dos tintas y un retrato del autor estudiado, impreso sobre papel couché.

VOLUMENES PUBLICADOS

1. **HOMERO**, por J. M. PABÓN, Catedrático de Lengua y Literatura griega en la Universidad Central. Ptas. 28.—
2. **VIRGILIO**, por J. de ECHAVE-SUSTAETA, Catedrático de Lengua y Literatura latina. Ptas. 32.—
4. **BALTASAR GRACIÁN**, por J. GARCÍA LÓPEZ, Catedrático de Lengua y Literatura española. Ptas. 30.—
5. **SÉNECA**, por J. F. YELA, Catedrático de Filosofía en la Universidad Central. Ptas. 30.—
6. **DEMÓSTENES**, por M. FERNÁNDEZ GALIANO, Catedrático de Lengua y Literatura griega en la Universidad Central. Ptas. 32.—

NUEVOS TOMOS EN PRENSA Y EN PREPARACIÓN

EDITORIAL LABOR, S. A.

MADRID: Alcalá 144

BARCELONA: Ronda Universidad, 23

FOTOGRAFADOS

M. JOLANO

ARIBAU, 9, INTERIOR · TELEFONO, 30255

BARCELONA

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

www.culturaclasica.com

Exercitationes Scholares

De discipulorum officiis erga magistros

(Cfr. P. L. n. 107, p. 362)

Cum de magistrorum officiis magnopere locutus sim, hoc solum discipulos moneo: ut magistros haud minus quam eadem studia diligant atque eos esse parentes non corporum sed mentium credant. Haec pietas ad studia multum conferet, sicque libenter audient atque credent eorum dictis eisque similes esse concupiscent; laeti denique et alacres ad scholam adibunt; si emendati, non irascentur; si laudati, laetabuntur, et erunt propter studium digni ut carissimi sint. Ut enim officium illorum est docere, ita horum praebere se dociles, aliter non satis est alterum sine altero et quem ad modum frustra diffunderetur semen, si sulcus praemollitus non calefaceret, ita eloquentia non coalescet sine sociata concordia tradentis et accipientis.

F. BALLARÍN et A. LATRE

in Seminario Barbastrensi alumni e VI latinitatis a.

Cervus et vaccae

Turbatus cum esset canum latratu atque venatorum sagittis cervus, per agros et prata perterritus currebat. Subito portam stabuli videns apertam illic ingreditur et timidus inter vaccas se abscondit: «Ne hostibus meis me tradatis, inquit cervus, per unam tantum noctem hic abscondite me. Nemo sciet me hic esse et cras ad relictas silvas redibo». — Tum vacca aetate provecta cervo: «Homines, inquit, tibi sunt timendi, non vaccae; tibi venisse non proderit». — Cui cervus: «Saltem vos, amicae, parcite mihi measque audite obtestationes. Ita me abscondam ut nullus homo audire aut videre me possit». — «Habens centum oculos erus brevi venturus est, qui omnia videt, audit, sentit». — Vix istud vacca dixerat cum porta aperitur. Cum servis erus ingreditur et attente dispicit.

Postea servus dicit: «Jam cubitum discedebatis? Vaccae huic stramen deest..., haec manducandi avida est quia pabulum sufficiens non ei dedistis...» Subito occulti cervi videns cornua dicit: «Quid ibi video? Portas claudite, arma arripite eamque necate beluam». Postea vulneratus cervus «Facilius, inquit, centum servi decipiuntur quam unus dominus; hic enim plurimum in suis videt». Et tunc cervus exspiravit.

XAV. TOMÁS

Alabonae

e III C. alumnus

Gemma et adamas

Adamanti gemma dixit: «majoris sum ponderis magnique pretii; tu enim ex carbone natus, ego vero ex glaucum mari». Cui adamas respondit: «valde commune hoc meritum in te, nam semper albor in te fuit; ego vero ex nigro nactus sum splendorem; niger cum fuissem... luce corusco».

FL. BRUSA

Villae Rosarii, in Argentina

e 4. c. Gymn.

Plautus

(Cfr. P. L. n. 107, p. 362)


In aspera ac montuosa regione quae Umbria appellatur, haud procul a flumine Sapi, inter Ravennam et Ariminum, fuit urbs cui nomen erat Sassina, cujus aquae calidae non minus inter priscos nobilitatae quam bajanae fuerunt, paucorumque ubertate obtinuit cognomen «divitis lacte» ut a Silio vocatur. In illa urbe natus est pater comoediae ad quingentesimum annum post Romam conditam. Quo tempore quae de causa Romam venerit, ignoratur, sed verisimile est eum venisse fretum ingenio suo et gloriae cupiditate impulsus ut antea multi poetae.

JOSEPHUS LANAU

In Seminario Barbastrensi alumnus e VI lat. c.

CURIOSA ET JOCOSA

215. – CRUCIGRAMMA



In Transversum.

A Maerore. — B. Pronomen. Viscerae. —
C. Lumine. Anne. — D. Villosa. — E. Dolens,
— F. Gressus sum. Notae. — G. Applico. Pro-
nomen (*dat. pl.*). — H. Phosphorus.

Ad perpendicularum.

1. Placulum. — 2. Cedo. Ora. — 3. Ocelli.
Pronomen pers. — 4. Fatiscor. — 5. Annis
Syrius (*dat.*). — 6. Negotio. Morbidus. — 7.
Fugit. Aisne. (*litteris versis*). — 8. Irritus.

L. SALA y SACRISTÁN, C. M. F.

216. – NUNQUAM SECUNDAE PARTES...

Cum, labente die, jejunos compita vates
Tunderet, et victum quaereret ipse sibi;
Juxta humilem vidit felem clamare fenestram,
Qua pinguem fumum lauta culina dabat.
Inde cocus felem cupiens arcere molestum,
Pisciculum macro munere prompsit ei.
Exemplo motus, ventrisque laboribus actus,
Vates depastam dimovet inde feram;
Desertique loci gaudenti corde potitus,
Felina coepit voce rogare cibum.
At cocus, infensus, captusque furore, poëtam
Obruit immeritum turbine turpis aquae.

217 — Quod mea, Gorgoni, mordes epigrammata, laetor.
Credas, tristarer si tibi grata forent.

218 — Incusare soles me carmina fingere parva.
Tu, qui nulla facis, quam breviora facis!

219 — Sex tibi sunt, infans, melimela; a te tria posco.
Quot superant? — Eadem, nam tibi nulla darem.

I. MAULEÓN, C. M. F.

AENIGMATUM SOLUTIONES (n. 107, p. 378)

Labyrinthus sic extricandus erat:

*Mantua me genuit, calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope: cecini pascua, rura, duces.*